



Tractatus nouus super reformatione status mo- nastici.





Excellendissimo magistro

Istro magistro michaeli bureau sacrarum litterarū interpreti
Optissimo Julianus quimonus unus ex fratribus maioris mo-

nasterij Salutem plurimam dicit.

um id maxime inuatum sit hoībus honoratissime
magister n̄f vt quod aīo versāt siue bonū siue ma-
lum ceteros agitate cupiāt: Hic est q̄ te mei plan-
ctus et luctus causā nō ignorare cupio. Inde eīn
et michi succurrēdum arbitror: et tibi diligencius
perquirēdum: si quomō hijs n̄fis querelis finem imponere va-
leamus q̄. Marie siquid oppiniones meū perturbant animum
priscorū p̄fm (qui ecclesie muri sūt inexpugnabiles) mores ad
disciplinā regularem a deo deditos l̄fis et monumētis didici: vt
vix michi (si nō experīētia docuisset) persuadere potuisse statū
monasticū (qui velud sol lucens vniuersū orbē suis radijs illu-
strabat) ad tātam deuenire perniciē potuisse. obscuratū (proth
̄loz) est aurū muratus est color optimus. vt cū mathathia cla-
mitē: heu me vt quid natus sū videre cōtritionem pp̄li mei: Si
eīn patrū n̄foꝝ vitā oclis n̄fis anteponē properemus: eximū
bene operari volētibus exēplar intuebimur. Quis est eīn qui
vel cum dei cultorē imiterur impius vel iustū iūstus vel mode-
stū violator vel cōtinentē incōtinens vel religiosū blaphemus
euadat: virtutis si quid monumēta posteris relinquere n̄fī p̄io-
res nūq̄ destiterūt. sclāriuz eīn errata equo aīo ferēda cēsebāt.
religioꝝ intollerabīlia iudicabāt ex illoꝝ eīn pctis pauca ex
hoī vero q̄ multa male euenire cōspiciebāt. At nr̄is t̄po r̄ibus
a deo perniciosos mores palā conspicias: vt dei iusto iuditio he-
reditas n̄fā indies vertatur ad extraneos et que quondam erat
libera et dū a gentiū facta sit subtributo quo fit vt nichil ampli-
us residuum existimē nisi manus supplices ad celum leuare dei
mīam implorare qui nō cōnebit in ira mīas suas vt mores sin-
gulis reformare tribuat vitā. Qīn melius cōmutare: vt in eo q̄
detractāt de nobis tāquaz de malefactoribus glorificēt deū in
die vīcatōis. Uerū ego q̄ rūcoppinioēm refellēdam cēseo
qui p̄losophice disciplinā obliti: trāsituz de extremo ad extre-
mū sine medio possibilē cīcāt statūq̄ monasticū iam (vt dictū
t) obliteratū ad prima r̄glaz q̄ citius reducēdū arbitrantur:

a. ii.

qd qz impossiblē reor varie qz cōiecture seu ratōes adeo meū
inuoluūt animum vt vix aliquis michi videatur reformationis
modus congruus. tuam paucis conuenio. solerciam doctissime
preceptor: si aliquid mediuz hac in're tua cōcepit sapiēcī. p̄vo-
palare non differas. mee qz sollicitudini succurrere. Cūm enī
iam duos et decem annos sacrarum licterarum studio pos̄va-
biūo nunc meciendis ruribus tunc euellendis dumis aut
quādi s̄ terre iugeribus inaniter consumpserim: restat ut nedū
ad ista (que maxima sunt) sed nec ad minima michi supersit ani-
mus. Per eam igitur amicitiam quate disciplinati mores et sa-
crarum studiuz licterarum (quo sic vsus es vt ad summum usqz
dignitatis gradum tuis exigentibus meritis subiectum letus
conspiciaz) deuinctum reddiderunt: Oro obtestor qz: quod hac
tenus in licterario certamine de huiusmodi reformatione con-
cepisti michi scribere non differas. rem profecto tua sapientia
dignam facies mee sollicitudini finem imposituram: meqz tibi
obsequiosissimum comperies vale Ex collegio maioris mona-
sterij quinto kalendas ianuarias.

Sacrarum litarum doctori doctissimo magno Juliano
quimon michael bureau theologoz mīmūs. S. D.

Petis a nobis preceptor

obseruantissime vt super hijs que ac tempestate cōmuni rumo-
re intrita hominum decidunt colloquia: nostram feramus sen-
tēciam. hijs enim temporibus ad aures eciam usqz populares
reformationis nomen adeo inoleuit: vt interloquendum apud
quosqz in hominum ora reformationis creberime resonet ma-
teria. Quo fit vt iure tuum (obloquencium murmurare) attoni-
tum varijsqz anxietatibus demissum ac sollicitudinibus obuo-
lutum asseras animum: Sed quoniam nec ingenium nec ex an-
tiquato ocio lictere nobis suppetunt vt hac in're tuam (erudi-
one p̄reditam) possimus edocere p̄ternitatem: necnon in hoc
arduissimo negocio te instructe. ē valeamus efficere: Ea pro-
pter a tue petitōis dissolutiōe nos esse liberos sumopere cupere
mus: si tuuz in nos haud intel' aenn' t'imperiū. nedū iul' re sed
impare vales. nec tuis iussis nos ol' istere fas est. Et q̄i abſ-
guitatis pert. proposito enucleacit. rum tum līsis et ingen-

Insignitum tum diuturnis exercitum laboribus deposcat:
actamen quia nostrum in hac parte dari iudicium exoptas: et
modum illum afferge in medium desideras qui ad monastice dis-
cipuline collapsos mores reformatos conuenientiores apertos
defenseris possit: itaque tuis parendo iussis preceptor colendissime
pro ea ingenij facultate qua donati sumus modum quem ad refor-
matioe vite monastice arbitramur aptissimum: per sex sequentes
animaduersiones edicere altissimo annuente consabimur.

Uale

Codex instructionis in reformationem ordinis monasti-
ci a fratre michaele bureau doctore theologo editus

Prima animaduersio Ex

pedit hac tempestate ad reformatos monastice discipline mo-
res collapsos: vniuersalem fieri reformationem. qua et errata
poterunt castigari et via regularis obseruancie introduci vale-
bit. Hec enim animaduersio quod plurimis foueri suasionibus po-
test. et ad eam probandam euidentia sunt testimonia. quoniam
temporibus hodiernis in multis regulares obseruancias. mo-
nasticam quod conuersationem dissolui videmus. Loge enim hac
tempestate a sanctissimis antiquorum patrum moribus dista'
qui regulas et exemplariae vite perfectionis acquirende poste-
ris reliquerunt. enerauatis enim in multis est tam apud eos qui
monasteria incolunt quod apud eos qui foris sunt monastica disci-
plina. frigescit indies illud caritatis vinculum: quo vnanimes
in domo domini monastice discipline professores esse debent.
extinguitur ille vere dilectionis sinceri amoris et zeli ardoris igni-
culus: cuius medio quod bonum erat et quod secundum habitare
fratres in unum. Euaneat splendor ille honestatis: quo in vi-
ctu gestu et habitu religionis pollebat honestas. quo inquit oia
honeste et secundum ordinem et vocacionem qua unusquisque
vocatus erat siebant. Impeliuntur cotidie illa antiquorum pa-
trum deuotionis signa: quodrum exemplo religionis decus fi-
delibus cunctis exemplar normam et viam bene brisque viuendi
et biosissime ministrabat. nunc in lamentabilem prophete sen-
tenciam beatissimi bernardi dicti cecidit religio qua fertur obscura-

a. iii.

sum est aurum mutatus est color optimus. dispersi sunt lapides
sanctuarij in capite omnium platearum denigrata est facies eius
super carbones et facta velud saccus cilicibus es propter non
noem y pulcrum sed marai amaram derelictam et desolatam
eam appellare fas est. quoniam principes eius facti sunt velut
arietes querentes pascua omnes porte eius destrucere. periegit
pa^m rum et abbatum electiones insurgunt ex alia parte testes
iniqui viri baial qui hereditate et omni via non bona sanctu-
arium dei iniuste occupant et possident. non sunt etiam malorum
correctiones/ punitioes/ et directiones. eapropter vi et violē
cia eam vindemiauerunt omnes: qui pretrgrediuntur viam
et singularis ferus (nunc per importunas principum aut potē-
tū preces/ et fauores/ nūc per illicitas prouisōes et simontacas
institutiones/ sepissime per violentas intrusiones) depastus est
eam. Qua de re propter imminentes eius facturas iam in ex-
terminium regula et interitum decidere videtur. si dei omni-
potentis (qui ecclesie sue omnibus diebus usq; ad futuri seculi
consummationem nō se defuturum pollicitus est) adiutrix ma-
nus non fuerit porrecta. Itaq; opus est preuaricatores redire
ad cor. et leuare manus ad deum in celum/ et discrete pie et per
seueranter diuine maiestatis pulsare hostium: vt suscitare dig-
netur spiritum iunioris discernēdi sapienciam donare/ et inno-
uare correctionem zelum discretū feruentem caritatem in cor-
dibus nostris accendere quod fieri poterit: si manum ad forcia
miserimus si fecerimus quod in nobis est. et miserimus manum
in dextram partem nauigij. et recia penitentie deuocionis et
contemplacionis ante domum domini expandemus tunc do-
minus querentibus et pulsantibus diuine maiestatis hostium:
auxilium dabit et prouentum, et depresso religioni (ne totali-
ter collidatur) supponet manū suam. nostros reformabit mo-
res. prava indirecta reducendo/ et aspera in vias planas. rele-
uabit condempsa/ ut omnes in templo eius dicāt gloriam. Hec
autem dñō adiuuante fieri poterunt: s. subsequentes execucio-
ni demandauerimus animaduersi yes.

Secunda animaduersio

Ad vite monastice collapsos mores reformados plurimum cōferre videtur tocius ecclesie gallicane congregatio. Hec animaduersio multipli ci via deduci potest. Tum primo quoniam hac cōgregatione tocius ecclesie gallicane modo et forma degēnti celebrata singulis vniuersaliter fidelium statibus in hijs que ecclesie edificationem et morum reformationem concer- nunt prouideretur. Cōferet enim gallicana societas ad ordinis que salubria et expediencia ad bene beateq; viuēdum secūdum vocationem qua vniusquisq; vocatus est decernerentur, natura lis corporis mores imitando qđ in singula membra sēsum influat p̄ciosiora et nobīliora membra vigilanti studio obseruando et regendo, ecclesiasticus em̄ status q̄tum claritas solis aliarū stellarum claritati prestat: tātum ceteros pollicie fidelium sta- tus superat et antecellit Ea propter omnium fidelium intēcio in stabiliūm regimēn directionem correctionem et reforma- tionem ecclesiastici status siue secularium siue regularium ver- sari debet, quatinus cōformiter ad apostolum viuatur dicētem omia honeste et secūdum ordiēm fiat in vobis. Hec autem fieri possēt per ecclesie gallicane cōgregationem quare expediēs est ad vite mōastice destitutas obseruācias reparādas: gallicanam cōgregari ecclesiam.

Alia via

Presens hec animaduersio elucidari potest, quoniam ut inquit apl's vnuim em̄ corpus sumus membra quidem multa, diuersa membra deus in corpore cōstituit vt vnuqđq; alterius opera se adiutum cognosceret non em̄ ut inquit apl's potest dicere pes manū opera tua nō indigeo, sed vnumqđq; membrū ab altero opem se experitur habere. Sic diuersa membra gallicane poli- cie in vnu cōgregata in hijs que morum reformationem cōcer- nūt in agēdis cōfiliū et fauorem sibi inuicem impenderēt, qđ fieri posset si ecclesia gallicana in vnu cōueniret Quare neces- se est nedum ad collapsos monastice obseruancie mores repa- rando. Sed tocius pollicie gallicane abusus castigandos galli- cane ecclesie fieri congregacionem.

Aliis via

Hec animaduersio fulcimen

o. iiiij

tum habere potest. quoniam ad auferenda ex monastica vita scā
dala eliminandas corruptas consuetudines. necnon ad intro-
ducendas leges et ceremonias (quibus bene beatoꝝ vita dedu-
catur monastica) nō possūt media adm̄ueniri. nisi auctoritatē
robur et firmitatem accipiunt a maioribus et superioribꝫ qui
bus a domino collata est potestas. Nec eciam poterunt execu-
cī demandari: si non superiorum auctoritate extiterint ro-
borata. quante autem sīt auctoritatis ecclesie gallicane cōue-
nienter celebrare leges. instituciones. et sanxiones: tum pro-
pter dissiniencium dignitatem. et auctoritatem deliberancium
multitudinem decidencium emergentes difficultates tam in ar-
duis ꝑ in minimis. tam in temporalibus ꝑ in spiritualibus emi-
nentem sapienciam prudenciam et omnium licterarum tam hu-
manarum ꝑ diuinarum habundantem periciam. quare cēsen-
dum est ad mōastice vite mores collapsos reparādos plurimum
conducere gallicanam congregari ecclesiam. Quapropter ze-
latores reformationis vite monastice (ne apud se sapientes vi-
deantur) ad vite monastice reformatiōnem ecclesie gallicane
congregacionem summopere procurare deberent. Tum vt cō-
sulcius pretensum exequerentur zelum. Tum eciam propter
multitudinem sapientum ad hanc cōgregationem accessuram.
multitudo enim sapiētum (vt inquit sapiens) sanitas est orbis
terrarum.

Tercia animaduersio. Q

si ecclesiam gallicanam minime congregari contingat. ad hoc
via nobis aperta est ad reformādum monastice vite mores col-
lapsos. videlicet capitulorum prouincialium. de triēno in triēm
num celebratio. Hec enim animaduersio ꝑ plurimis fōueri po-
test argumentis. Tum primo per ea que diffinita sūt. et ordina-
ta circa hāc materiam ab vniuersali ecclesia. habetur expresse
in antiquis extra de statu monachorum et canonorum regu-
larium capitulo in singulis regnis et prouincijs quomodo inno-
cencius tercius refert diffinitum ēis ab vniuersali ecclesia mo-
nachorum capitula prouincialia de triēno in triennum pro mo-
nastice vite reformatiōne fore cēlebra da. quod confirmā-
suit in concilio viennensi referente clemente quinto ut patet in

constitutionsibus quas edidit de statu regularium capitulo ne in
agro in fine. Sed quoniam hec via reformationis semper conve-
niens sequacibus visa est: conformiter ad generalium consilio-
rum dissimilitudes ordinavit benedictus duodecimus in quadam
speciali monachorum nigrorum reformatione capitulo secundo
quod incipit de capitulis provincialibus celebratis ad mona-
stice vite mores lapsos reformandos dicta capitula provincialia
fore celebranda, hoc enim instituit dictus benedictus tribus
inductus motuis. Et priso ut vniuersali ecclesie et predecessorum
determinationibus se conformaret, voluit enim illa via mona-
sticam reformari disciplinam que a patribus et vniuersali eccle-
sia fuerat ordinata conformiter ad sapientem dicentem ne trans-
grediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. sed
motu ductus fuit benedictus duodecimus ut religionem mo-
nasticam duceret reformandam per capitulorum provincialium
congregationem ad imitacionem ecclesie vniuersalis cui tanquam
membrum conformari debet. A tempore enim apostolorum viq[ue]
ad sacra constanciense et basiliense filii per synodorum
vniuersalium tum provincialium celebratioes aduersus her-
eses scismata corruptiones in moibus reformatioem acce-
pit ecclesia. Hec enim conciliorum celebratio via communis
semper extitit: ad prescindendas vniuersalis ecclesie superflua
deformitates. Ad hoc confert dictum filiorum israel prout
nu. xx. capi. scribitur dicendum per tritam grademur viam
et capitulo septimi via regia grademur. hec enim provincialium
capitulorum congregacio via regia et trita est ad reformandas
monastice discipline deformitates. Quapropter necesse est pro
vite monastice reformatioe capitula provincialia celebrari, ter-
cium motuum quo ductus est benedictus duodecimus ut mo-
nasticam disciplinam duceret reformandam per conciliorum pro-
vincialium congregationem hoc fuit: ad conservationem iuri-
dicionis prelatorum et libertatum ecclesiasticarum. hac enim
provinciali monachorum conregatione delinqücum delicta a
proprijs patribus confratribus ordinarijs superioribus corri-
geretur et insedationem maioris scandali punirentur. hoc con-
fert etiam ad conservaticem libertatum ecclasticarum Ecclesia
enim cum suis filiis exempta est a iuriditione principum secula-
rium tam ex auctoritatibus consiliorum que vniuersalem repre-
sentant

taterūt ecclesia q̄ ex principiū terrenorum consensu et sic eo-
rum in hac parte coherciones expetere (vbi via ab ecclesia in-
stituta nobis aperta est) esset libertatibus ecclesiarū cōtrauēre
quoniam (vt dicit canō bonifacij octauī) clericis laicos infe-
stos esse tradit antiquitas. et sic ad auferendas scandalū occasi-
ones ad conseruandam prelatorum iuridicionem et ecclesiasti-
ce policie libertates: expeditis censuerunt patres antiqui re-
ligionis abusus esse corrigendos per provincialium capitulorū
congregationem. Hoc eciam trahi potest ex regula beatissimi
benedicti capitulo de adhibendis ad cōcilium fratribus. vbi ex
presso dicit q̄ si que precipua in monasterio agenda sunt cūctis
notificare debet abbas. quanto magis nedum unius monaste-
rij monachi sed plurium monasteriorum monachi sunt vocādi
vbi de arduo tractatur negocio. negocio inq̄ concernēte tocī-
us religionis edificationem. quare censēdum est pro utiliori be-
nedictiue religionis reformacione necessarium esse: cōformiter
ad sacratissima patrum decreta diuersarum provincialium capi-
tulariter monachos congregari.

Quarta animaduersio. Pro

religionis sancti benedicti reformatio expedit in congregati-
one capitulo rum provincialium conformiter ad cōsilium ietro
prouidere et eligere ex religione viros gnaros in quibus sit ve-
ritas. et qui oderint avariciam. quos diffinitores canon appellat.
quorum consilio auctoritate ministerio et discretiōe resor-
mentur abusus: et via monastice viuēdi introdincatur. Ex hac
enim animaduersione quattuor sūt annotanda. Primum q̄ ta-
les reformatores non (more pro seudo prophetarum) intuitu
sunt bulle papalis aut regiorum mandatorum: sed a congrega-
tione elegantur et mittantur. conformiter vñ paulum dicētem
nemo assumat sibi honorem. nisi a deo vocatus tāquam moïses
et aaron. In hoc enim augustinus cepit ex pseudo apostolos a bo-
nis apostolis esse distinguendos. vt patet in questōibus ad oro-
sium. Secundum notandum est q̄ sint ex religione. quia non
congruit religiosos per alios aaceriu's vocacionis refor-
mari. Non enim ad corrigendos artificij cementarij abusus vocari

sunt sertores aut alutarij. sed hi qui ex exercitatione hoc peritis
sunt artificio. ad reformandas itaq; monastice vite obseruacias
viros ex exercitatos in obseruancijs religionis assumi oportet.
conformiter ad phisim dicentem unusquisq; iudicat de his que
nouit. et horum est bonus iudex. tum eciam quoniam ad fabri:
lia opera corrigenda: fabrorum necesse est artificio: cum dicat
Dogarius tractat fabrilia fabri. insuper quoniam hec reforma-
tio fieri debet ex caritate. et souendo caritatis vinculum. Sed
si alterius vocationis quis religionem reformandi subire vellet
prouinciam: infinita orarentur scandalorum. innumere produceren-
tur lites occasio enim dicendi illud esse: quod mox si dictum est
exo. secundo capitulo quis te principem et iudicem constituit su-
per nos: qua propter ad vitanda scandalorum pro reformatione re-
ligionis viros oportet assumi in religione peritos. Tercium est
notandum q; sint gnari. qui de suo intellectu noua et vetera ac-
tionem et contemplationem doctrinam et informationem vi-
tam et regulam exemplum et discretionem pre se ferat. Sub-
iungitur quartum quod notatu dignum est. In quibus sit veri-
t; p. qui nullius vicij nota maculati: non confundentes suis o-
peribus sermonem suum. ambitionem et cetera damnantes vi-
cia: quibus obici nequeat illud xpi medice cura te ipsum. et illud
aufer trabem de oculo tuo. et illud apostoli in quo aliud iudicas
temet ipsum condemnas. non acceptates munera et personas
sed iusticiam viuicij ministrantes. operarios inconfutibiles.
et irreprehensibiles. duplii honore prefulgentes. semetipso manifestates ut eorum lux luceat coram omnibus hominibus.
quorum consilio et discretione benedicti religio reformatur et
ad uberioris fructus messem dirigi possit. que omnia fieri pote-
runt: si capitula celebrantur prouincialia. quare necesse est ad
monastice vite collapsos mores reformandos: capitula prouin-
cialia celebrari.

Quinta aiaaduersio. Pro

reformatio religiosis sancti Benedicti opus est summi pontificis. et re-
gis. et brachij secularis implorare auxiliu. q; aut ad monastice

vite reformationem summi pontificis auctoritate opus... cl.
rū est et primo ad imperandum concilia et capitula prouincia-
lia fore celebranda, et q̄uis sine eius impario (si ecclesie decre-
tis et pontificum institutis parere vellamus) congregari debe-
rent: propter tamē lōgam temporum dissuetudinem et diffici-
le est assueta relinquere et insueta introducere, maxime in hijs
gradiis negotijs: ideo ad facilius quosq; incitandum et prouo-
candum nccum in hac parte foret summi pontificis imperium.
Tum eciam in renouando et confirmando ecclesie et predeces-
sorum instituta et feriendo spirituali gladio rebelles et reniten-
tes ecclesie decretis obedire, in hijs que capitulorum prouinci-
alium celebrationem concernunt.

Cq̄ secundo ad reformationem status monastici brachij secu-
laris siue regis auxilio opus sit: pater, quoniam instituti sūt prin-
cipes ad punienda scelera, et dirigidos mores in viam pacis
non q̄ ecclesiastice persone illis subiciantur: nisi in certis casi-
bus. Sed quoniam ubi spiritualis gladius ad prescindendas a
statu religionis enormitates non sufficeret, vel negligens esset
brachij secularis inuocandum est auxilium, vt in malos et pe-
tinaces temporaliter sue iuriditionis gladium eximat. Non enim
vt inquit apostolus sine causa gladium portat, dei enim minister
est, vt videat in iram ei qui malum facit. Ea propter in hac par-
te eius fauor expetendus est, vt qui spiritualis mucronis conie-
cta non timuerūt iacula: a seculari brachio bonorum tempora-
lium ablacionem formident, hinc est q̄ beatus ysidorus tertio
libro de summo bono capitulo, §3, dixit q̄ principes seculi non
nunq; intra ecclesiam potestatis adepte culmina tenent: vt per
eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniāt. vt q̄ nō
preualet sacerdos efficere per doctrine sermonem: potestas hec
imperet per disciplinę terrorēm, sepe per regnum terrenum ce-
lestē regnum proficit, vt qui intra ecclesiam positi contra eccle-
sie disciplinam agunt: rigore principum conterantur. In hos
enim fines seculorum deuenimus: vt plures fisci q̄ christi man-
data transgredi timeant. Quare ad congreganda capitula
prouincialia in reformationem vite monastice opus est et summi
pontificis et regis interpellare falsares.

Sexta animaduersio p:o

reformacione vite monastice, necesse est reformationis zelato-
res ut apud sumum pontificem et regiam instent maiestatem
super commendarum reuocatione, quoniam earum introduc-
tione in ruinam benedicti religio decidit, que autem detrimen-
ta religionibus vniueri aliter commendarum introductio actu-
lerit, in multis ostendere facillimus est. Primo enim rumpunt ex-
cassant communis iuris ordinationem qua ordinatus est iure cō-
muni secularia secularibus et regularia regularibus beneficia
esse distribuenda, quod adhuc concilio basiliensi nouissime ce-
lebrato confirmatum est, quo fit ut earundem commendarum
introductione ecclesia non modicam sed enormem in suis sanxi-
onibus paciatur iacturam et scissuram. Quis enim digne existi-
mauit laborandum esse in bove et azino, dissimili habitu, dispa-
ri vocacione: nemo profecto. In hoc enim ecclesie status pluri-
mum decoloratur. Tum secundo quoniam commendarum in-
troductio ecclesias proprijs rectoribus & pastoribus priuat, in
hoc enim conueniunt doctores qui de commendis loquuntur.
q̄ commendatarij non sunt virtute sue commende prelati aut
pastores sed magis depositarij et procuratores, pro quo facit
capitulum Nemo extra de electione in sexto bī io. andree hāc
pertractat materiam ymo quod plus nec faciunt fructus suos
preter moderatam persone sustentacionem. Quare grande ani-
marum imminet periculum, tum illis qui illas concedunt com-
mendas, tum illis quibus conceduntur propter beneficiorum
ecclasticoꝝ demolicionē et ecclasticorum bonorum dispen-
diosam distributionem, tum tertio istarum commendarum in-
ductione religiones evidentem tam in spiritualibus q̄ in tēpo-
ralibus desolacionem et iacturam paciuntur, quisquis hac tē-
pestate commendata beneficia regularia considerauerit super
religiosorum vite & morum discrimine horrebit, ac mirabitur.
nulla est regularis obseruantia, non moniciones, increpacōes
reprehensiones, correctiones, sed vndiqꝫ sine disciplina, sine iu-
go, sine verecundia, sine freno, per viciosas regularis discipli-
netrās gressiones, inobstetiam, lasciuia, vagaciones, dissolu-
cōnes, in gestu et in habitu i hijs em̄ dici pot illud qđ scabitur
quarto regū, xxij. capi. Vidi cūctū israel dispersū in mōtibus
q̄ si oues non habentes paorem, et ait dñs, non habent isti
et minū, et ezc, tricesimotercio. Disperse sunt oues mee: eo



q̄ non esset pastor, et facte sunt in deuoracionem omnium vesti
arum agri et in illud zacharie decimo abducti sunt: quia nemo est
pastor eis Sed quorsum hec proueniunt? quia nemo eas con-
ducit. nemo est qui vigilias super gregem dominis faciat. quorū
am commendatarium habent non prelatum: mercennariū
(qui lanam et fructus querit) non verum pastorem. dispergun-
tu. oves gregis quia proprium dirigentem non habent p̄p̄re-
rem, et quod peius est: propter hanc perniciosissimam cōmen-
darum pestem: inberbes esse minatos dissolutos ignaros. Ju-
uenes hodiernis temporibus videbis, quibus violenta intrusi-
one importuni principum et consanguineorum fauoribus cō-
mendata sunt monasteria. qui a male agētes subditas oves non
arcant. sed verbo et exemplo in viam perditionis inducūt. qui
bus dudum per esayam dictum est: dabo pueros prīcipes eoz
et effenitēti dñabūtur eis. Hec est causa principalis ruine et de-
solationis vite monastice. que si non fuerit auctoritate maiorū
precisa et eliminata: nunq̄ poterit fieri reformatio. q̄ scđo in
temporalibus incōmoda afferant intuēcium oculis clarissime li-
quet. et labuntur. vbiq; edificia deperduntur redditus et prouē-
tus fraudātur elemosinis pauperes. distrahitur fideles a deuo-
tione. villipenditur religiosorū et ecclesiasticorum status. fru-
strantur mortuorum intentiones. qui ecclesiastis suis bonis fūda-
uerunt. et infinita alia que ex hac pestifera cōendarum intro-
ductione proueniūt. Tum quarto. qm̄ hāz cōendarum oc-
casione oīa vniuersaliter loca religiosa spoliātur. quo fit ut nec
ad cultum diuinū vir remaneant ornamēta afferuntur etiam
ea oīa quibus indigencie et necessitatibus religiosoz esset sub-
ueniēdum. Ea propter multi timentes grauem incidere penu-
riam (contra propriam vocationem) peculiares coguntur sibi
coaceruare pecunias. qm̄ non habēt quid manducent. mendi-
care verentur: quia sunt fundati. multis opprimitur necessi-
tatibus qm̄ cōendariorum tyrannide sunt expoliati. quare
concludendum est religionis benedicti ne nullomodo reforma-
cionem fieri posse nisi prius pestis. ec perniciosissima fuerit a
locis religiosis penitus ablata. legimus enim tporibus karoli
tercij qui grossus appellabatur dñini sancti benedicti perma-
tores doctiores et sapientiores tocius ordinis reformationi. n
fuisse factam que commendarum occasio. in pristinam. uera
est ruinam. similiter tporibus nicolai qui t apud italiā ger

maniam et aliis mundi partes pluriū monasteriorum facta est
reformatiō que propter cōmendarum introductionem non du-
raui, sed postea factus est error peior priore. Ex quibus prece-
dentiibus in infero. propria quod reformationis status monastici ze-
lateres nō per vias obliquas incōsuetas et nouas et scādala seu
diuiniores afferētes reformationem vite monastice fieri procu-
rare digagent sed per viam tritam et regiam qua gressi sunt prē-
nonne videlicet per prouincialium capitulorū celebrationē mo-
nasticum reformari statum prosequi omni studio debent. con-
formiter ad illud Job octauo. Interroga enim generationem
pristinaz et diligenter īvestiga prim memoriam. et ecclesiastici
octauo. nō te pretereat narratio seniorum ipsi enim didiscerūt
a patribus suis quoniam ab ipsis disces intellectum. Secūdo
Infero quod si per hanc viam religionem reformari non cauerint:
vehementer semetipso de questu sinistro vel ambicione red-
dent suspectos. Tercio infero quod hijs qui sibi nomen et censo-
riam virgam reformationis assumpserunt proficiendi impedi-
menta prius extirpare debent. quod bene vivendi leges statuere.
inter ea autem impedimenta que religionem totaliter eneruāt:
Arimum est cōmendarum introductio vt superius ostēsum est
Ea propter qui zelo bono intentionis ducti reformationem or-
dinis monastici fieri desiderant: non operz quod culicem excolat de-
gluentes camelum. decimant mentem et anetum et legis gra-
uiora relinquant. i. minora et ea fortasse que reformatione non
indigent prius velit castigari. quod quis congruat illa non obmicti.
sed operz prius maiora et grauiora fieri que sunt commendarum
ablationes. quod si hec domino volente fuerint executioni de-
mandata. iam vita monastica ad vite uberioris frugem conuer-
tetur. vt benedictionis fructum afferat in tēpore suo eo donāte
qui vivit et regnat deus per infinita seculorū secula. Amen.

Et sic est finis.

Laus deo

